Universitätsbibliothek Paderborn

# D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè Lutherana[m], Li-||bri nouem.||

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

Visual Library

ma, & multis ſimul adnitentibus, & reluctante nullo, poſſe intra tam breue tẽpus totum orbem à conſuetudine ſua mala, qua præoccupatus fuit liberari, & ad aliam induci. Verùm hoc multo maius, quòd non ſolùm in aliam inducitur, ſed in multo difficiliorem.

## CAPVT IIII.

NOn ſolùm enim diuerſa conſuetudo erat, ſed & voluptate firmata. Duo violenta. Quæ enim acceperat à patribus, auis, & proauis, alijsq́ue ſuperioribus progenitoribus, philoſophis & rhetoribus, ea reſpuere docebatur, qđ ſanè difficillimũ erat. At difficilius, nouã accipe conſuetudinẽ, q̃ nuper irrepſerat, illamq́ue valde laborioſam. Abduxit enim Chriſtus à voluptate, et induxit ad ieiunium abduxit ab amore opum, & induxit ad amorem paupertatis, abduxit à luxu, & induxit ad temperantiam, abduxit ab ira, induxit ad manſuetudinem, abduxit ab inuidia & induxit ad benignitatem, abduxit à via lata & ſpatioſa, et induxit in anguſtã



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& arctam et præruptam, et induxit aſſuetos viæ latæ. Neque enim alios homines extra mūdi huius conſuetudinē viuentes aſſumpſit, ſed illos ipſos qui in talibus vitijs computruerant, & luto molliores erant, iuſsit vt anguſtam & arctam viam, aſperamque illam & duram ambularent. Et perſuaſit eis. Quot autem perſuaſit? Non duobus, vel decē, vel viginti, vel centum, ſed omnibus fermè ſub ſole habitantibus. Et per quos perſuaſit? Per viros vndecim illiteratos, priuatos, ineloquentes, obſcuros, pauperes, patria, facultatibus, robore corporis, præcellentia glorię, dignitate progenitorum, vehementia rherorices, eminentia ſcientię carentes, per pelliones, per barbaros. Neq; enim eadem illis et auditoribus vox, ſed extraneum planè et peregrinum ſermonem à linguis eorum, quibus prędicabant ſortiti erant Hebraicum dico. Atque per hoſce ædificauit Eccleſiam hanc, quæ à finibus vſque ad fines extenta eſt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN